

Var.? *costaricana*: labello basi cordato, medio trilobo, loborum lateralium parte libera angulata antrorsa, lobo medio oblongo acuto, tumore oblongo basi abrupto a regione anteapicilari in basin lobi medii, ibi tandem (nec intra medios lobos laterales, uti in genuina) in carinas quinque radiantes breves excurrente. Planta .... Pedunculus praecedentis. Bracteae intense colore fucatae purpureo, ovariis pedicellatis multo breviores. Sepala et tepala praecedentis, aliquid brevioria. Labellum disco aureum, quod in genuina non occurrit, dum in hac ita perspicuum, ut in sicca adhuc conspiciatur. Flores innumeri. Chiriqui et Costarica 6000'. In Inga. Januar. v. Warscewicz! (Hab. sp. sicc.).

Obs. Forsan bona species. Sed inter plurimos flores praecedentis, quos vidi, et multos, quos delineavi (9) lusus videntur intercurrere typi medii. Ulterius observanda.